

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9252

**Auteur(s)** : Conan de Châteaugiron [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1154

**Lieu d'émission** : Châteaugiron

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Conan de Châteaugiron donne à l'abbaye de Savigny toute la terre qui est entre la route de Rennes, la Noë Juikel, Le Tremblay et Borriande.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Archives Nationales, K 23, n. 23/6.

### Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 602 (copie partielle).

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° V)

Texte d'après A

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, notum sit cunctis fidelibus sancte Ecclesie quod ego Conanus de Castello Girun, pro salute anime mee et omnium antecessorum ac successorum meorum, concedentibus filiis meis Jacobo et Girone et Guillelmo dedi et concessi in perpetuum elemosinam ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio totam terram que est inter viam Redonis et noam Juikel et inter Trembleium et Borriandam, liberam et quietam et ab omni servicio et consuetudine absolutam. Hoc ipsum etiam concesserunt atque donaverunt homines mei ad quorum hereditatem ipsa terra pertinebat filii scilicet Guingummar de Dalneto, Daniel et Esvelardus et Gaufridus et Adelina mater eorum et Guillelmus et marhoc et Theobaldus et Robertus filius Rualdi fratris eorum primogenitu (sic) et Johannes et Robertus et Guillelmus et Hubertus filii predicti Danielis. Quod ut libentius atque liberius facerent remisi eis II solidos de servicio terre sue que dicitur masura Juikel, XII scilicet denarios de prandio meo et XII de tallia mea. Hanc eandem quoque donationem concessit Guillelmus Cibon et Vida uxor ejus et Gaufridus et Herrun et Petrus et Johannes et Robertus filii eorum et Petrus de Coismes et de Villa Jukel. Odo quoque filius Haligonis dimisit predictis monachis calumpniam quam eis in eadem terra faciebat facta est autem hec nostra donatio atque concessio anno ab Incarnatione Domini MCXLVIII. Confirmatio vero atque consummatio anno ab Incarnatione

Domini MCXLIV apud Castellum Girum. Teste Hugone filio Girum, Gualerando filio ejus et Turgisio presbitero et Joldewino de Banazi et Radulfo de Fail et Roberto Catto et Thoma de Fontineio et Olivero de Charoth et Herveo de Sesson et Zacharia de Moscun et radulfo de Moscun et Esveardo de Sesson et Pagano de Orgiariis et Ruellono de Moscun et Hugone filio Geraldı et Radulfo filio Delie et Petro filio Normanni et Urrico filio Berthe et Simone filio Ruelloni et multis aliis. Signum + Conani de Castello giron. Signum + Jacobi filii ejus. Signum + Gironis filii ejus. Signum + Guillelmi filii ejus.